

Franckesche Stiftungen zu Halle

Salomonis, Regum hominumque, peccati labe laborantium, sapientissimi, Proverbia & Ecclesiastes

Breithaupt, Joachim Just

Magdeburgi, 1717

VD18 11104074

Caput Sextum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216270

21. Haud impunè quidem. neque enim vestigia nullis
 Fœda notare potest oculis, quibus abdita lustrat,
 Omnipotens Genitor; vestigans ^b quæque viarum ^b,
 Exploransque, suæ lances quem pondere damnent.
22. Nempe, malum talem capient: sua crimina quemvis,
 Hora inopina citò: non vi, non arte malignâ
 Hîc opus; hei! propriis se funibus ^k implicat, hæret ^k.
23. Ipse sibi infano ^m mortem parat: ipse mereri,
 Ipse subire necem mavult; quàm corde reverso
 Discere iustitiam monitus, nec temnere sacra.
 Oppetet ob tam grande nefas ^l. dum plurimus illum
 Intereâ vortex, rerumque animique, tumultu ^m
 Diripit assiduo; per cuncta miserrimus ^m errat ⁿ.

CAPUT SEXTUM.

Quum Sapientia, ut virtuti castissima, nihil adversum magis sit, quàm abominandum vitium illud impuritat; & verò juvenis malo nullo facilius illaqueetur: exinde fit, ut tractatio hæc generalior in obstaculo isto, ante omnia arcendo, unice versetur. Nec verò, quæ in hoc capite interferuntur primum, ab isthoc instituto aliena sunt: neque enim hic absolute ista, seu per se, tractantur, ut infra in specialibus locis sapius; sed potius re-

E 2

respe-

- (h) XV, 3. a. AUGUSTINUS ep. 109. Si quis latet ita, ut à nemine hominum videatur, quid faciet de illo superno inspectore, quem latere nihil potest? An ideo putandus est, non videre, quia tantò videt patientius, quantò sapientius? Illi ergò vir sanctus timeat displicere, ne velit sæmina male placere. (h) II, 22. g. (i) III, 26. Res eadem XXIX, 6. (k) I, 17. fult. (k) III, 18. (l) XI, 14. XV, 22. XXIX, 12. (m) I, 7. 9. (n) 19, 20. XIX, 27. XX, 1. XXVIII, 10.

speciè. adhibentur quippe, ad dampnandam multò magis libidinis turpitudinem, à minori ad majus. Ita sponſorum imprudentia; 1.--5. impudentia pigrorum; 6.--12. nequitia quævis, 12.--15. horrenda proponitur; ipsaq; obedientia, filiorum propria, denuò commendatur impensè. 16.--23. Et quidem cum in finem, ut intelligatur, si omnis vigilantia accendenda est contra jam dictas legis offensiones, longè magis verisimile & necessarium; curam omnium maximam, adversus lascivie flagitia pestilentissima, tam scortationis, quàm adulterii, à filio sapientie primò ac præcipuè dirigendam esse: propterea quòd ex iis & impedimenta sapientie, & damna corporis animæq;, nascuntur incomparabilia. 24.--35. Quò spectat expressè addita comparatio, quæ disparibus tribuitur inter reos fur-
ti & adulterii: 30. &c. nec non 24. illatio obsequii, applicandi ad hanc unam cautionem, individua.

NAte! sponondistiⁿ, vinctus pro paupere amico^o,
Debita; &, impactam *p* dextramque fidemque
dedisti,

Non satis addicto: qui jam tenditque fovetque,

2. Unum te premere. unde tuo constringeris ore:

3. Captus *q* es ore, tuis sermonibus. Ergò age, *Fili!*

Te subito expedias laqueis: nam obnoxius, horres,
Te manui alterius subiectum vincula ferre.

Tolle moras; seclude minas: pete supplice dextrâ
Auxilium, precibus nec parce; ut robore fratrem
Sustentes miserum, teque ipsum compede solvas.

4. Ne carpas somnos, oculisve, aut lucis opacis

5. Tegmi-

PARALLELISMUS CAPITIS VI.

(n) XI, 15. XVII, 18. XX, 16. XXII, 26, 27. XXVII, 13. (o) III, 28, 29
y primum. (p) inf. 5. XI, 15. XVII, 18. XXII, 26. (q) III, 26. XII, 13. u.

5. Tegminibus ^r, noctem capias! citus erue ^s plantam:
Cauta velut caprea, ac volucris ^s, si quando tenetur
Retibus ^s, hostilem properat deludere dextram.
6. Vade ad formicam ^s, piger ⁱ! i, speculari labores,
Ire iter ^u angustum quibus, & trahere aspera, pergit!
7. I, disce ex illâ! non hanc præsencia Regis ^x,
Aut Ducis ^x, aut vigilis præfecti, aut ullius urget,
Parvula quæ reliquis domina, & velit esse magistra ^x.
8. Ipsâ æstate sibi panem, haud ignara futuri,
Sponte suâ in medium quærit ^r: sponte addit acervo
Messis opus, quod quæque potest; atq; aggregat escam.
9. Tu quonam usque cubas ^z; quæ te tam lenta moratur
Desidia, ô segnis? strato, quæ te hora videbit,
10. Denique surgentem? quin, paulum ^a lumina conde:
Paulum ea victa natent, sine! paulum confere ^b palmas,
Ut rursus fessos somnus ^c suus occupet artus ^c!

E 3

II. Sic

(r) IV, 16, 25. (s) II, 12. XXIV, 11. (s) VII, 23. XXVI, 2. (s) sup. 5. conf. I, 17. f. post. XII, 13. u. (s) XXX, 25. (t) inf. X, 5. 9. XIII, 4. XIV, 6. XV, 19. XIX, 24. XX, 4. 13. XXI, 5. 25. XXII, 13. XXVI, 13, 14, 15, 16. CHRYSOSTOMUS in c. II, Matth. homil. 8. Quam diu peccaveris, Scriptura te transmittit ad irracionales animantes & vilissimas. Neque enim illa erubescit, animal rationis honore donatum, apis atque formica discipulum facere: nec tamen Scriptura culpa est, sed eorum, qui nobilitatem propriam perdiderunt. (u) I, 15. e. (x) XXIV, 15. (x) XVI, 32. XXIII, 1. XXVIII, 15. XXIX, 12. 26. Eccl. X, 4. (y) X, 5. (z) III, 24. (a) XXIV, 33, idem. (b) IV, 8. V, 20. XIX, 24. XXIV, 33. Eccl. IV, 6.

11. Sic dormi placidè! jam jamque ^d infesta viatrix,
 Pauperies ^e, inopina ^f venit; tibi tristis egestas ^e,
 Marte viri, clypeo ^g muniti, invicta minatur.
12. Si quis erit Beliale satus, vir iniquus & atrox ^b;
 Ambulat ⁱ in vanis totus: vefania ^k vocis
13. Prodit eum. crebris oculorum idem ictibus illud
 Innuit ^l antè suis: pedibus dat signa, loquelæ
 Instar, agit strepitus, sociumque impellit: & instans,
 Exfertis digitis micat; his docet ^m improbus orsa.
14. Mille nocendi artes ⁿ fœcundo pectore versat
 Ultrò, augetque dolos: quorum fabricator, in omne
 Tempus erit. tum, si qua arridet copia, rixas ^o
 Atque odia emittens, furibundus in obvia fertur.
15. Verùm, heu! mox istum pavor improvisus ^p ab alto
 Corripiet ^q, fallax franget fortuna repentè:
 Nec, medicas ^r adhibere manus ad damna, licebit.
16. Si tu quæsieris, cur immedicabile vulnus

Huic

(c) *inf.* 22. III, 24. r. X, 5. XIX, 15. 24. XX, 13. XXIII, 34. XXIV, 33. XXVI, 14.
 (d) III, 6. IV, 6. 10. (e) X, 4. 15. XIII, 18. XIV, 20. XIX, 1. 7. 22. XX, 13.
 XXI, 17. XXII, 7. XXIII, 21. XXIV, 34. XXVIII, 6. 19. XXX, 8. 9. XXXI, 7.
Ecc. IV, 14. *conf.* X, 4. g. XXII, 16. b. (f) XXIV, 33. *Ecc.* IV, 15. (g) II, 7.
 (h) *Ad signa hæc conf.* IV, 1. V, 18. XVI, 28, 29, 30. XVII, 27. XIX, 28.
 (i) IV, 18. X, 9. XIV, 2. XIX, 1. XXVIII, 6. (k) IV, 24. (l) X, 10. XVI,
 30. (m) V, 13. (n) *conf.* 18. II, 12, 13. s. 15. t. III, 29. y. (o) *inf.* 19. X, 12.
 XIII, 10. XV, 18. XVI, 28, 29, 30. XVII, 1. 14. XVIII, 18. 19. XIX, 13. XXI,
 9, 18, 19. XXV, 24. (p) III, 25. (q) I, 26. III, 25. (r) I, 27, 28. IV, 22.

Huic tali obveniat; quænam id mereantur, inaudi,
Sensibus ac imis, prorsus fugienda, repone.

Ecce! odit DOMINUS mala sex; odere fideles

Ifacidæ: septemque^s adeò conjuncta sub uno

Crimine sunt, diram irritantia Numinis iram^t.

17. Sublimes oculi^u; præ fastu, fortis egenæ

Obliti, summiq[ue] Patris: mendacia linguæ^x:

Crudelesq[ue] manus, fundentes tetra fluenta

18. Sanguinis innocui: præcordia, more fabrili^y

Quæ mala^y quæque struunt, agitantq[ue]: pedesq[ue]
citati,

Proni ad currendum, quò ipsos vocat impia caussa:

19. Nec non, si infidus sit testis^z, inania sufflans^z;

Vel, media in fratres si quisquam jurgia mittat^a.

20. Te, mea cura & amor! servant servata, paterna

Iussa mea! almæ etiam matris ne desere legem^b,

21. Ut vulgò malè fit. Super intima corda ligabis

Hanc, & ea, assiduò: de collo pendula nectes^b

22. Utraque. Namque, animus si te huc, si duxerit illuc;

Dux te certus aget timor is^c: sin nocte quietem^c

Fert

(s) XXX, 15, 29. (t) III, 32, c. (u) XXI, 4. XXIII, 5, 6. XXVIII, 22. XXX, 13, 17. (x) XII, 19. XXI, 6. (y) sup. 14, n. (z) XII, 17. XIV, 5, 25. XIX, 5, 9. conf. 28. XXI, 28. XXIV, 28. XXV, 18. Vocis poster. usus XXIX, 8. (a) sup. 14. XVI, 28. XVIII, 19. (b) I, 8, 5. (b) III, 3. (c) III, 24, 5.

Fert sopor, hic custos ^d aderit fidissimus unus ^e;
 Evigilanti autem, pius & facundus amicus.

23. Quicquid præcipitur, menti est accensa lucerna ^f.

Lux, oculo fit lex: at lex, in pectore, lux ^g est.

Sunt, via vitarum ^h, rigida argumenta decori ⁱ.

24. Jam verò, prædicta tibi, deformia monstra

Evitatus, primum præque omnibus illud

Inculco repetens; iterumque iterumque monebo.

Uttere vindicibus mandatis, ante cavenda

Cætera, in hoc uno; ne te unquam ceperit ulla

Fœmina, foeta malo ^k; nec te pertentet iniustus

Vulneribus mœchæ blandum os, quo perfida sævit,

Conjugis, atque viri alterius, communis Erinnyis.

25. Illius, ah, tua ne cupiant vaga corda nitorem,

Hortor; ocellorum neu te, fulgore potentes ^m,

26. Arripiant tunicæ! Mulier meretricia, flamma est;

Ob quam nec frusti cereris manet ulla potestas ⁿ:

Nec

(d) II, 8. III, 24. V, 2. VI, 24. (e) 9, 10. c. (f) XX, 20. 27. (g) IV, 18.

(h) III, 2. c. 22. CHRYSOSTOMUS, in Gen. serm. 8. Ecce! non auxilium
 solum, nec lucerna solum; sed & lux est, & vita: hæc porro, non sunt,
 odio prosequenti, neque perdere volenti; sed, manum porrigenti, & eri-
 genti. conf. Ps. CXIX, 102. (i) I, 2. 23. III, 11. t. (k) VII, 10. XXII, 14.
 XXIII, 27. Rectè GEIERUS: in scorto singula scelerum sordes, velut in
 sentina, confluunt; v. g. contemptus Dei, sacrorumq; omnium; homicidia,
 jurgia, furtiva, mendacia, calumnia. &c. (l) XXI, 20. (m) XXXI, 30.
 (n) V, 10.

- Nec corpus solum, verum & pretiosius ^o unà
 Pulpamentum, animam totam, venabitur illa,
 27. Atque per hanc *Belial*. quis, quæso, acceperit ignem ^p,
 Inque sinu teneat; nec eo comburat amictum?
 28. Anne super prunis ^p mortalis inambulatur usquam
 Illæsis pedibus ^q, ni per miracula cœli?
 29. Sic, cœlo invisus, perimit se funditus ipse,
 Qui thalamum invadit focii, nuptæque propinquat:
 Quisquis tanget eam, non impunitus ^r abibit.
 30. Nec furi impasto, per noctem in tecta ruenti,
 (Urget acerba fames animam ^r) se pascere rapto,
 Dedecus est tantum: trutinâ, si, crimina utrinque
 31. Composuisse, licet. deprensus enim iste, rapinam
 Compensare potest; septena ^r piacula reddens,
 Aut addens omnem, quæcunque opulencia rerum ^u
 32. Fortè domi fuerit. Contrà, corruptor amorum

F

Corde

(o) I, 13. b. (p) XXV, 22, XXVI, 21. AMBROSIUS in Ps. Dav. I. Qui semel in sinu mentis flagitii flammam ferventis adoleverit, citò corporis sui vestimenta comburet. Et ut ignis, in stipulam exiliens, inhaeret ac permanet, donec omne, quod corripuit, absumat: ita vel exigua scintilla peccati, si qua vitiorum fomite fuerit excitata, incendium grande excitat. Noli ergò stare in peccato. Postremo, si posuisti vestigium supra voraginem culpæ, citò aufer pedem: ne supra plantam tibi ascendat pollutio, & lapsu faciliore deceptus, supra lutum resideas. Erucunda ergò prima sunt vitia, ne in plura deinde graviora proserpant. (q) III, 23, IV, 12. (r) XI, 21. XVI, 5. XVII, 5. XIX, 5. 9. XXVIII, 20. (s) Eccl. VI, 2. (t) XXIV, 16, XXVI, 26. (u) sup. 26. 1, 13. b.

Corde caret ^x penitus: nemo est tam perditus, inter
Autores scelerum; nisi qui velit immemor esse,
Vastatorque, suæ laudis vitæque, nefandus.

33. Et verò inveniet ^y plagarum mille flagella,
Mille parata suis rebus; semperque dolebit,
Multa gemens ignominiam ^z, indelebile famæ
34. Opprobrium. horribilis quippe est furor ^z, ira ^z mariti;
Ac commota, virum stimulis immitibus acrem ^a
Excitat: hic raptus Nemese, cui tempora ^a parent,
Parcere nescit ei, quem jus violare pudoris,
Quem pia sacra tori temeratum ivisse, tremiscit.
35. Tum nullæ facies ^b, heröis, & æris, & auri;
Nulla super furto, quod pacta verenda cubilis
Frangit, inexhausto quanquam ^c cumulata metallo,
Munera, tam iustas furias extinguere possunt ^d.

CAPUT

(x) VII, 7. IX, 4, 16. X, 13. XI, 12. XII, 9, 11. XVII, 18. XXIV, 30. Conf. IV, 19. XXVIII, 16, 22. Eccl. X, 3. Est inter Proverbiales Formulas TERTULLIANI, cor non habere, vel cerebrum; b. e. sanum illius usum: lib. IV. adversus Marcionem c. X. Facilius invenias, hominem natum cor non habere, vel cerebrum; quam, corpus non habere. conf. IV, 24. 9. Eccl. II, 14. b. (y) XVIII, 9. XXII, 22. XXVIII, 24. (y) III, 4. (z) III, 35. k. (z) XI, 4. XII, 16. f. XIV, 29. XV, 1. 18. XVI, 14. XIX, 19. XXI, 14. 24. XXII, 25. XXIV, 18. XXVII, 3, 4. XXIX, 8. 22. XXX, 33. (a) XX, 24. XXIV, 5. XXVIII, 3. 21. XXIX, 5. XXX, 1. 19. XXXI, 1. (a) I, 12. 31, 32. IX, 18. XI, 4. (b) XXIV, 23. (c) XXIX, 19. f.